

.7g.ogr. er. D

1565, 62^t

AD IMMATURUM

FUNUS

VIRI-JUVENIS EXIMII NEC
VULGARITER DOCTI

MATTHÆI EIFLERI
PHILOSOPHIÆ ET SS.
THEOLOGIÆ CVLTORIS
INDEFESSI

Cives suos invitat

RECTOR ET SENATVS
ACADEMIÆ REGIOMON-
TANÆ.



REGIOMONTI

Typis Hæredum Segebadii

Anno M. DC. XL.

43203

gr. er. D.
65, 62

Nter alias, qua Musis Poetarum
objecta leguntur, difficultates non
minima ea est, qua, Pausania in Boe-
oticis referente, Sirenum impuden-
tissimam temeritate contigit iisdem, a
quibus in cantus certamen provocata, eam felicitate
contenderunt, ut victrices pennas ex alis Sire-
num evulsas coronis capiti imponendis adhiberent.
Non levis hostis studiorum cultoribus est volupta-
tis blandum malum, qua, cum mendaci lenocinio
res suas commendat, eo saepe progreditur, ut litera-
rum artiumque honestarum dulcedini sese multum
preferat: unde caecas plurimorum mentes hoc tam
execrando fascino abreptas videmus, ne unquam
ad solidam literarum voluptatem provebantur,
sed vanam istius specie inescata aeternam cum exitio
surpitudinem sibi accersant. Si namque ratione
probe subductam literarium ordinem lustras, quod
levissima armatura invenias sociennos, qui trans-
fuga partium, Musarum castris relictis, ad pri-
mum impetum collapsi, foedam captivitate ad sordi-
dissimos sarceres a spurca voluptatum tyrannide
trahuntur, ut vel perpetuo torpore a Vacua, vel
squalenti eluvie a Baccho, vel libidinosam putre-
dine a Venere, vel horrendo timore a Pluto cruci-
entur? At quibus divinior animus, virtutis
objectu repellunt insanas hostium machinas, nec
receptui canunt, nisi cum optimis spolijs victoriam
obtentam.

obtenã. Neq; id difficile ijs, qui seriam fidem
Musis addixerunt. Si namq; ducum virtus, si
instrumentorum militarium perfectio, si premio-
rum opulentia plurimum acuit in acie militem:
quidni in militia literaria eadem præstentur? Iis
enim auspiciis hic belligeratur, quarum virtus
Et natura Et fortuna superat arbitrium. Lyra
princeps pro me id testabitur,

Musis amicus tristitiam & metus
Tradit protervis in mare Creticum
Portare ventis: quis sub Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid Tyridatem terreat, unicè
Securus.

Instruunt insuper apparatus mentem, ut nullibi
instructior appareat militia, dum Et fortiter
armant Et firmiter muniunt, Et prudenter ducunt.
Tum verò ea spolia proponunt, quæ Et mortalita-
tis supergressa sortem morte eripiunt victorem.
Honoris Et laudis corona est, quam calamus
literatorum asserit, cuius beneficio dicuntur
— qua violens obstrepit Aufidus,
Et qua pauper aquæ Daunus agrestium
Regnavit populorum.

In horum ordine semper fuit EXIMIVS
AC LITERATISSIMVS VIR-
IUVENIS

**JUVENIS, MATTHÆUS
EIFLERUS, CINTINENSIS
BORUSSUS, PHIL: & SS: THEOL:**
cultor insignis, nunc beatissimus, qui, cum semel
Musarum castra esset ingressus, eâ fide, eâ solertiâ
hac est sectatus, ut subactis hostibus pleno cursu
ad supremos honores contenderet. Natus is
Anno 1611. 15. Septembr: Patre **PRUDENTI-
SSIMO AC SPECTATISSI-
MO VIRO FRANCISCO EIFLE-
RO, SENATORE AC CAMERA-
RIO** civitatis Cintinensis bene merito: Matre
**PUDICISSIMA AC HONESTA
MATRONA, GERTRUDE
WITTLIN,** nunc vitâ terrenâ defunctis.
Renatus diviniore natiuitate eos sub primam
aetatem igniculos ostendebat, qui, si foverentur,
majorem lucem notabant. Huic cura ne deessent
pij parentes, non modo privatâ educatione, sed
patriâ quoq; scholâ informatione tantum proficie-
bant, ut Anno 1626. hanc in urbem missum,
**VIRI REV: CL. ET DOCTISSIMI
M. JOHANNIS BABATI,** cui
scholâ Cathedralis Reçtori laudatissimo nudius
quartus facta sunt exequia, cultui ulteriori com-
mitterent. Eius fidelissimo ductu ita progressus,
ut ab eodem post biennium vale-trivialibus dicto
ad Academica studia dimitteretur: qua modera-
tore

sove VIRO SPECTABILI EXCELL: &
CLAR: M. MICAELE EIFLERO
LOG: PROF: CELEBERRIMO,
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ
nunc DECANO, COLLEGA AC
AMICO NOSTRO HONORAN-
DO, Fratrem Germano septennium integrum &
fideliter & utiliter continuavit. Nunquam fal-
sâ Musis fide ad hostes descendit, quin aeterno ijs
indictio bello oppressit eorum violentiam, ac Mu-
sarum decus fortiter asserere laboravit. Et hinc
iste enatus piè defuncto fructus, ut non modo lau-
dem & honorem; sed benevolentiam ac amicum
affectû cum omnium tum AMPLISSIMI
etiam ACADEMICI SENATUS
obtineret, qui & ELECTORALI & varijs
aliorum legatorum stipendijs semper promoven-
dorum studiorum florentissimi juvenis patronus
existit. In primis VIRI quoq; PLURI-
MUM REVERENDI & CLAR:
M. PHILIPPI ARNOLDI
ARCHIPRESBYTERI TILSEN-
SIS liberalitatem, quam amplissimo aliquot
annorum stipendio restatus fuit, expertus est; qui-
bus omnibus summis suis promotoribus ut gratitu-
dinem ostenderet, & verbis prolixas gratias egit,
& re ipsa ejus studiosus fuit, ut bene locarentur
collata beneficia. Ea mens erat, cum tantò studio
tracta-

tracta-

tractaret res suas, ut & in Philosophicis, & Theo-
logicis, (quorum scientiam vel doctissima manu-
scripta ac collectanea, qua reliqui, loquuntur) &
linguarum Orientalium cognitione, responsionum,
oppositionum, declamationum Syriaco praesertim
idiomate habitarum, summam laudem promerere-
tur. Biblicae lectioni tantam operam sacravit,
ut jam multis abhinc annis singularis in ea per-
fectionis testimonio fuerit ornatus. Atque ista
omnia ut feliciori incremento auferentur, Anno
1635, inclytam Pomeranorum Academiam adiit,
indeq; biennio cum eadem laude, qua apud nos,
exacto Rostochiensem, cum civitatibus ducatus
Megapolitani primarijs lustrat, ac, quia ulterio-
ri Germania aditu a bellicis motibus prohibebatur,
Hafniensem sibi accedendam destinat, sed & hinc
ob contagium grassans exclusus, Hamburgum se
confert, unde Belgium statim petisset, nisi preci-
bus VIRI REV: CLAR: ET DOCT:
M: BERNHARDI WISEN Diac:
ad D. Carb: ibidem motus, annum ferè integrum
promovendis filij studijs addixisset, quo tamen
summam cum utilitate ac laudatissimo habitarum
concionum exercitio elapso, destinatum iter susci-
piens, Groningensem, Franekeranam & Lug-
dunensem Batavorum Academias ingrediens,
undiq; studiorum quaris augmentum, donec Anno
1638, sub Autumnum suorum voluntati obsecu-
tus

us post supremos philosophia honores sapissimè
apud exteros oblatos, ac modeste recusatos, in
Patriam rediret. Redibat autem mente perfectus
ac opulentissimorum fructuum plenus, quos DEO
ac patria sacros ad SERENISSIMI
ELECTORIS clementissimam promotionem
propediem impendere cogitabat: ac corpore inva-
lidus, ac vita sedentaria fructibus, morbis, satis
onustus. Quibus cum semper, iam superioris
anni Novembri Tilsa (quò feriis messis laxatio-
nem studiorum afferentibus concesserat, ac, in-
gravescente inter nos pestifera lue, diutius propo-
sito ibidem commoratus, non absq; applausu con-
cionibus sacris habendis operam dabat) vehemen-
tissimè infestatus, remedij quarendi causâ Men-
se hujus anni auspice, ad nos, inter gravissimas
via, ob inclementiam cœli hyberni, difficultates,
revertitur. Sed partim eadem aeris inclemen-
tiâ, partim continuo virium defectu ita infirma-
tus fuit, ut lectulo suo ante aliquot septimanas
affigeretur. Gravi tussi oppressum pectus Phti-
seos malum adesse testabatur, quod adeo etiam ad-
versus nobilissima Dn: Medici remedia inva-
luit, ut, postquam desideratissimo cœlestis via-
tici epulo refecta esset, terrenis bis ereptam ani-
mam

nam placidissimo obitu caelo redderet h. 3. matu-
rina, 7. Martij. Ita strenuus Musarum miles
mature concidit, non absq; insigni honoris inter
mortales premio, sed majus tamen in caelis anima
constat premium, quia fidus mundi Regi miles,
nunquam mundi partes secutus, sed illas a consci-
entia & sancta fide eundem oppugnavit. Ca-
pit jam ergo pro suis laboribus perennantem caele-
stis floris coronam, qua aeterno testimonio san-
ctissimum victorem honorabit. Corpori vero su-
premo hodie, post 12. solvetur honor, quem ut
cives frequentiam sua augeant, monemus. Sed
ultrò id dabunt & Dn: Decani Fratris, ex cujus
adibus efferetur funus, Praeceptoris sui meritis,
& defuncti pietati. PP. 9. Martij 1640.



B. erud. D. 1565, 62⁺

